

4279 basis parva marmorea, a. 0,075, l. 0,14 × 0,12; litterae a. ca. 0,012. Ex st̄tua Apollinis ipsa superest pars inferior cum omphalo et serpente. Rep. in sepulcris ante portam Romanam. Est in repositis musei Ostiensis.

VARENVS·AVGG·
LIB·ADIVT·TABVL·
F·DEO·APOLLINI·
V I P

Recognovi. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 23 n. 1.

1 in. nihil videtur perisse nisi interpunctio. — 1-3 *Varenius Au(gustorum duorum) lib(ertus) adiut(or) tabul(ariorum) f(ecit) deo Apollini.* — 4 *v(otum) [l](ibens) p(osuit)?* Vix cogitari potest de cognomine Apollinis *Vip* -- scilicet a *vipera* derivato.

4280 ara marmorea (0,78 × 0,35 × 0,44). Rep. in sanctuario Mithriaco aedificii quod *casa di Diana* vocatur (cf. Calza *Ostia, guida* p. 125 sqq., imaginem *Not. d. sc.* 1915 p. 329); est ibidem. A principio autem aram ibi non stetit demonstratur inscriptione partis olim anterioris nunc posterioris quae hic redditur; postea demum suo loco remota ad cultum Mithriacum adhibita, novus titulus parti antea posteriori incisus est (infra n. 4310) *scalpellando il prefericolo e la pátera che sono sulle due facce laterali, facendo un foro passante dalla parte anteriore alla parte posteriore, di piú scalpellando il rilievo che si trovava sulla faccia anteriore e ora non identificabile, accompagnato dalla seguente iscrizione rimasta:*

QVAE SALVIAE
HERCLI SACR

Calza *Not. d. sc.* 1915 p. 333. Vidi aram; inscriptio nunc cerni non potest.

1 in. ante litteram Q, ex qua cauda tantum superest, editori videtur deesse littera una, certe non amplius duae; supplevit. *Aqua Salvia* Ostiae ignota; num cogitari possit de *Aquis Salviis* (*Tre Fontane*) ad viam Laurentinam tribus milibus ab urbe sitis (Nibby *Analisi della carta de' dintorni di Roma* III p. 268 sqq.; Nissen *Italische Landeskunde* II 2 p. 547 sq.) et editori et mihi incertum est.

4281 ara marmorea a. 1,00, l. 0,48 × 0,32; spatium scripturae destinatum a. 0,50, l. 0,327; litterae a. ca. 0,04. Rep. loco antiquo in latrina stationis vigilum, ubi exstat.

C·VALERIVS
MYRON·B·PR·
COH·III·VIG·
FORTVNAE
5 SANCTAE
V·S·L·A·

2 sq. *b(ene) f(iciarius) pr(aefecti)* — sc. vigilum —, *coh(orte) III vig(illum)*. Cf. supra n. 226; C. VI 2966 (affert Cauer *Eph. ep.* IV p. 393). — 6 *v(otum) s(olvit) l(ibens) a(nimo)*.

Contuli; n. 4282 mea causa iterum contulit A. v. Gerkan. Edid. Vaglieri *Not. d. sc.* 1911 p. 209 sqq. Imagines ibidem p. 210; Calza *Ostia, guida* p. 97; Noack *Die Antike* 1926 p. 219. Cf. etiam Carcopino *Journal des savants* 1911 p. 456 sq.; Vaglieri *Ostia, cenni storici e guida* (1914) p. 61.

Ad rem nobis inauditam quod ara et aedicula deae in latrina positae sunt confert Vaglieri ea quae scribit Clemens Alexandrinus in *Protreptico* IV 51, 1 (ed. Stählin I p. 39) *Ῥωμαῖοι δὲ τὰ μέγιστα κατορθώματα τῇ Τύχῃ ἀνατιθέντες καὶ ταύτην μέγιστην οἰόμενοι θεὸν φέροντες εἰς τὸν κοπρῶνα ἀνέθηκαν αὐτήν, ἄξιον νεῶν τὸν ἀφεδρῶνα νεύμαντες τῇ θεῷ* et imaginem Pompeianam ipsam quoque in latrina repertam quam descripserunt Sogliano *Not. d. sc.* 1880 p. 394 sq. Ruesch *Guida illustrata del Museo nazionale di Napoli* (1911) n. 1336.

4282 titulus scriptus est in aetoma marmorea, in duas partes fracta, l. 0,59, a. 0,25 aediculae quae ex reliquiis in latrina stationis vigilum repertis nunc ibidem restituta est. Litterae a. ca. 0,03.

ε FORTVNAE·SANCT ε

4283 fragmentum tabulae marmoreae (0,24 × 0,26 × 0,065). Rep. *piazzale delle corporazioni*.

fortVNAE
augVSTI

Edid. et supplevit dubitans Vaglieri *Not. d. sc.* 1912 p. 437 n. 2.

4284 lapis Tiburtinus, a. 0,20, l. 0,275, cr. 0,09. Litterae a. 0,072. Rep. *nello sterro del piazzale della Vittoria*. Est in repositis musei Ostiensis.

G P R F
G(enio) p(opuli) R(omani) f(eliciter)

Contuli. Vaglieri *Not. d. sc.* 1910 p. 31.

4285 [= *Eph.* IX 434] basis parva marmorea semicircularis, superne statuae recipiendae aptata; titulus principalis exstat in fronte plana, titulus, qui nomina procuratorum continet, et navicula exstant in parte rotundata. Rep. in stagno Portuensi loco dicto *campo Saline*; asservatur Romae in monte Caelio in antiquario.

a sinistra: PRO SALVTE·IMPP·SEVERI·ET·ANTONINI
DEDICANTIBVS·
SALLVSTIO·SATVRNINO·
ET·ORFITO·PROCC·
AVGG·N·N·
5 LIANVS·DE·XVI·A·BAER·ET·ARK·SAL·ROM·ANARVM·CVM·
INGENVA·FILIA·DONVM·DEDIT·

a dextra: Gatti *Not. d. sc.* 1888 p. 228 sq. Lanciani *Bull. comun.* 1888 p. 83 sqq.; inde Dessau l. c. et *Inscr. Lat. sel.* 6178. Mea causa iterum contulit A. v. Gerkan.

navicula

Repeto pauculis additis ea quae Dessau ll. cc. adnotavit: 2 *Getae* nominis pars erasa, sed legitur. — 3. 4 *Genio saccariorum salarior(um)*

totius urbis camp(i) sal(inarum) Rom(anarum). Saccariorum in portu Ostiensi multam operam fuisse consentaneum est. Corpus saccariorum portus Romae, quod mercium adventiciarum comportandarum privilegium quoddam habuit, memorat constitutio anni 364 cod. Theod. 14, 22, 1. Saccarii salarii 'totius urbis' videntur operam dedisse salibus urbi Romae destinatis comportandis; cf. Waltzing *Étude sur les corp. profess.* II p. 427. Campi salinarum Romanarum, unde viam Campanam nomen traxisse conicit Huelsen *Not. d. sc.* 1888 p. 229, nomen loco mansit per saecula, cf. Nibby *Analisi della carta dei dintorni di Roma* I p. 368 sq. Ceterum distinguunt has salinas a dextra Tiberis positas dictas Romanas a salinis proprie Ostiensibus Nibby et Lanciani ll. cc. — 5 *de XVI ab aer(ario) et ark(arius) sal(inarum) Romanarum*. Tam *ab* vocabuli secunda littera quam pars extrema versus scripta in litura; quid ante lituram ibi fuerit, sciri non potest. 'Sedecim ab aerario' praeterea ignoti.